



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annvs Sanctvs Ac Fortvnatvs

Coloniæ Agrippinæ, MDCXLVIII

S. Monica Vidva. 4. Maij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53246)

S. MONICA VIDVA.

4. Maij.

1. Monica Sancti Augustini dupliciter mater, quia eum & Mundo & cælo peperit, mortuo marito (quem etiam ad Christi fidem adduxit) castitatem viduit, & opera misericordiae insigniter coluit. DOC. Zela & tu aliorum conuersionem maximè vero tuorum.

2. Assiduo Deum pro Filio, qui in Manichæorum sectam inciderat, deprecabatur, fuis etiam lachrymis & verò obtinuit tandem, vt per Sanctum Ambrosium concionibus, & priuatis colloquijs conuerteretur. DOC. Sic & tu alios ad sacras conciones, piorumque vsum ac familiaritatem adducere posses.

3. Conuerso Augustino, aiebat, sibi longiore vita non esse opus, ideoque tota mente ad cœlestem patriam anhelabat, nullaque re amplius in hac vita delectabatur. DOC. O morere & tu vanis mundi huius desiderijs, & ad cœlum aspira.

4. Apud Ostia Tiberina multa cum filio de diuinis rebus locuta, in febrem incidit quo in morbo à sensibus abrepta, resque cœlestes contemplata, ad se rediens, dixit: Vbi eram? DOC. Vbi amor, ibi Cor.

5. Ad se reuersa intuens circumstantes, ait: Ponite hic matrem vestram, & ad Altare Dei memoriteris mei. Sic Deo animam pie reddidit. DOC. Pium est pro mortuis Deum exorare.

M
ba
in
sa

ni
lu
A
in

g
c
c
p
S

c
c
r
c